



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 2. Guisius Dux Jonvillam secedens, ac cum Hispaniæ Rege agens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. ubique quamplurimi spargebantur li-
 belli, in quibus nil præclarum præter
 calumniæ, & seditionis studium lege-
 batur. (*)

§. II.

*Guifius Dux Jonvillam secedens, ac
 cum Hispaniæ Rege agens.*

Thuan. 181.

Mez. abregé

Chron t. 3

pag 308

Davila 1. 7.

hoc ann.

pag. 449.

Guifium Ducem cum minime lateret,
 quod Regius Senatus ad sistendos
 ipsius conatus consilia cuderet, hinc
 unacum Filio suo ad Jonvillam arcem
 suam secessit, quo etiam paulopost Car-
 dinalis Guifius illius Frater eum seque-
 batur: ut vero ambo suam factionem
 potentia, ac numero firmarent, foedus
 cum Hispaniæ Rege inire decreverunt,
 prius

(*) Haud mireris, Benevole Lector, quod
 Continuator noster Guifios Principes æterna
 memoria dignos tam indigne in sua Historia
 proscindat, ac societatem ab eis initam adeo
 sinistre interpretetur, hujus enim indignatio-
 nis unica causa est eorundem Principum
 immotus erga Religionem Catholicam Zelus,
 & asperitas in hæreticos: utrumque vero no-
 stro Continuatori displicet, quapropter negle-
 ctis Scriptoribus Catholicis omni fide dignis
 hanc Historiæ suæ partem nonnisi ex Thuanio
 suo hæreticorum Patrono, aliisque hujus fut-
 furis Auctioribus confarcinavit.

prius tamen hujus societatis æquitate Cardinali Borbonio exponentes cum Joanne Baptista de Taxis, quem Hispaniæ Rex ad illos transmiserat, conferre cæperunt: porro huic fœderi omnes Lotharingicæ Domus Principes accedebant, priusquam tamen res ad exitum deduceretur, una omnes palam profitebantur, quod hac unione nil aliud, nisi pro viribus Religionem Catholicam omni ex parte impugnatam tueri intenderent, cum jam sæpius, licet semper incassum id fieret, pro veræ fidei defensione apud Regem submissis admodum precibus institissent, hic autem Princeps perversis illorum, qui potius privatis suis studiis, quam Dei gloriæ, ac tranquillitati publicæ intenti sunt, suggestionibus nimium faciles aures præbere voluerit.

His declaratis conventum erat de sequentibus articulis. I. Cardinalis Borbonius tanquam proximus, & legitimus Regni hæres, si Franciæ Regem sine liberis masculis legitimis contingat decedere, annuentibus Principibus, qui fœderi subscribent, declararetur, ita, ut excludantur ab ea Successione in posterum cuncti alii Principes, qui nunc hæretici sunt, ac relapsi, adeo, ut nullus deinceps hæreticus, nec is, qui hæreticos impune,

Sæcul XVI.
A.C. 1585.

Sæculi XVI

A. C. 1585.

ac libere in Regno tolerat, ad Successionem admittatur. II. Ne hæretici, quamdiu Rex vivit, sibi ad Regni foelium viam sternant, Principes foederati copias conscribant, atque Usurpatorem propellant. III. Borbonius ad Regium diadema vocabitur, dum pacificationem Cameracensem anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono inter Hispaniæ, & Franciæ Reges conventam ratam habeat, & denuo jurejurando eandem firmet. IV. Sola Catholica, Antiqua, & Romana Religio in Regno locum habeat omni alia tanquam perversa prohibita, cunctique a sacris Majorum alieni nullo discrimine ad interuentionem deleantur. V. Ad tollendos Ecclesiæ abusus, & instaurandam inter Catholicos in rebus sacris emendationem Franciæ Principes decreta, ac constitutiones Concilii Tridentini in Regno promulgari, ac seruari curent. VI. Cardinalis Borbonius tam pro suo, quam Successorum in Regno, ac hæredum nomine foederis cum Turcis renuntiet, neque ulli alteri unquam in rei Christianæ præjudicium subscribat. VII. Excursionem per mare omnes, quæ liberam Hispanis ad Indias navigationem impediunt, eidem Regi prohibitæ sint. VIII. In bellum contra Sectarios a Catholicis Principibus suscipiendum
quam-

quamdiu illud durabit, Philippus quin-
 quaginta aureorum millia in singulos ^{saecul. XVI.}
 meses suppeditet, & pensio ab eo die ^{A C. 1585.}
 procedat, quo bellum incipiet. IX.
 Curent Principes, ut loca, quibus per
 hæc bella Philippus a Sectariis, sive
 perduellibus spoliatus est, eidem re-
 stituantur, ac nominatim Cameracen-
 sis Urbs cum arce, & omni annona,
 & apparatu bellico, qui in ea erat, cum
 occupata fuit, eidem reddatur: si vero
 Philippus eas ditiones armis recuperare
 aggreditur, Principes ei præsto esse,
 eumque milite, & annona juvare te-
 neantur. X. Omni ope enitatur Rex
 Franciæ, ut in possessionem locorum a
 perduellibus, seu Sectariis Belgis oc-
 cupatorum Hispaniæ Rex restituatur. XI.
 Si Borbonius Cardinalis ad Regni Suc-
 cessionem veniat, protinus ubi Regnum
 inierit, ea, quæ in potestate sua erant,
 reddere teneatur. XII. Perpetuum,
 & inviolatum fœdus inter Philippum,
 ejusque hæredes, & Principes Catho-
 licos, eorumque hæredes pro Regno
 Galliæ, & Belgio subsistat, eosque ad
 Religionis causam promovendam, &
 familiarum Illustrum conservationem
 præter menstrua quinquaginta aureo-
 rum millia milite, & pecunia, quantum
 opus erit, juvare teneatur. XIII. Pa-
 ctis comprehensi intelligantur præter
 Q 5 prin-

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

principes memoratos insuper coronæ officiales, Proceres, ac Regni nobiles, civitates, Collegia, & universitates, & qui cunque alii Catholici, quibuscum illi fœderati sunt, aut deinceps erunt. XIV. Siquis externus Princeps Catholicus in societatem fœderis venire cupiet, ex utriusque partis consensu admittatur. XV. Philippus, & Principes Catholici fœderati cum Rege Christianissimo, aut alio quovis Principe agere, aut pacisci quovis modo non possint, ac in fœderis præjudicium nihil agant, siquid autem agi oporteat, nonnisi ex communi consensu agatur: porro fœdus ad vitandas turbas, quæ a Sectariis, si illud publici juris foret, mox excitarentur, celetur, neque evulgetur, nisi ex utriusque partis consensu, ubi occasio satis propitia se offeret. XVI. Denique Rex Borbonium Cardinalem, Guisios Principes, Mercurianum, & Nivernium Duces, omnesque, qui fœderi subscripturi sunt, in fidem suam recipiat, eosque adversus hæreticos, eorumque fautores defendat, idque fideliter promittat.

Hæc erat summa conditionum, quæ pactæ fuerunt cum Philippo Hispaniæ Rege, qui tamen præter eas mox expositas insuper Guisio Duci pollicitus est, se ei quotannis bis centies mille aureos

aureos daturum, quos, prout oportet, pro sustinendo fœdere judicaverit, pro suo arbitrio expendere posset. Postea horum pactorum duo exempla fuere confecta, quorum unum relinquebatur penes Philippum Hispaniæ Regem, qui illud asservet, ut Mercordius, & Nivernius Duces tunc absentes proximo Martio istud ratum habere, sui que assensus documentum propria manu subscriptum, & sigillo firmatum tradere possent, alterum vero penes Cardinalem Borbonium, ceterosque memoratos Principes remaneat.

§. III.

Papa ad approbandum hoc fœdus sollicitatus.

Hujus fœderis pacta haud diu secreta tenebantur: interea vero Belgicorum Ordinum Deputati, ut Franciæ Rex harum Provinciarum imperium in se susciperet, rogatum advenerant, quos dum Henricus ad alloquium admisit, Bernardinus Mendoza in eodem hoc colloquio Hispaniæ Regis, qui pariter hosce Principatus ambiebat, partes strenue tuebatur, cum autem Rex responderet, quod ejus rationes sibi minus probarentur, Mendoza secessit, ac quantocius datis literis Guisium Ducem sollicitavit, ut promissorum fidem exsolve-

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

*Davit. hist.
des Guerr.
civil. de
France l. 7.*